



1. Bock / Friderici Samuelis / diff. De Notione
Immensitatis Dei amplificanda Coa-
templatione magnitudinis Mundi.
Regionenti 1766. Autore J. C. Reversus.
2. Bode / Christopherus Augustus / Protevan-
geliu[m] Genesios Cap: 181 Vers: XV. Helm,
Stadt 1763.
3. Boehmer / D. philip Adolph: / programma, de
Christo filio Dominis, Halle 1763.
4. _____ programma, addita est illustratio
ad ita est: Illustratio loci 1 Corinths xii, ver, 51,
Halle 1766.
5. _____ programma in Commentationem ad
Illustrationem Actorum Apostolorum, 1766.
6. Büchner / D. Andrea Elii: / programma in
diem natalem Christi, Halle 1768.
7. Carrack / Ioh: Tob: / programma paracleti
Appellatione Spiritui Sancto tributa,
Halle 1764.

PIAM SACRORVM PENTECOSTES

CELEBRATIONEM

FRIDERICIANAE PRORECTOR AC DIRECTOR

IOANNES TOBIAS CARRACH

ICTVS

POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARIUS INTIMVS
ORDINIS IVRIDICI ORDINARIVS AC IVRIS PROFESSOR PRIMARIVS

NEC NON

ALVMNORVM REGIORVM ET HALBERSTADIENSIVM EPHORVS.

VNA CVM RELIQVO

SENATV ACADEMICO

COMMENDAT CIVIBVS

PROPOSITA AD MEDITANDVM

SIMVL

PARACLETI APPELLATIONE SPIRITVI SANCTO

TRIBVTA.



HALAE MAGDEBURGICAE

LITTERIS ORPHANOTROPHEI

CIDICCLXIII.

IANI SACRORVM PINTECOTTIS

GETEATATIONIS

IN VERSIS ET PROSEIS RUMICIS PRAECEPS

LOIANUS TOTIAS
CARRACH

ETATIS

ALTISSIMA SCARIA ESTATEMUS
VITAM ET MORTALITATEM HABITAM QUITA

ET CETERA

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

AK

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM
SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM

SCARIA MUS ET VITAM MORTALITATEM



Inter ingentia illa ac praecipua dona et munera, quae Domino nostro Iesu Christo, eiusque laboribus pro salute nostra suscepitis ac peractis debemus, numerari vel maxime oporteret donum Spiritus Sancti. Quando vero Spiritus Sanctus nobis a Domino dicitur esse partus, id hanc haber sententiam, vnicet id Domino eiusque laboribus deberi, quod Spiritus S. iam in homine mortuo, id est, ad omnia nunc, quae ad veram illius salutem pertinent, recte sentienda et agenda natura plane inepto, ea omnia efficiat, quae ad bona a Christo parta ad se vera transferenda, fruenda, recteque utenda requiruntur; quae omnia vniico sanctificationis vocabulo comprehendendi solent.

In duplice enim malo homo iam est per peccatum: primo enim excidit per illud gratia Dei, omnibusque proinde salutaribus illius effectibus priuatus est, contra vero irae ac damnationi subiectus; deinde priuatus quoque iam est omni et facultate et voluntate gratiam Dei Christi satisfactio rursus partam ad suam salutem ad se transferendi, voluntatemque Dei peragendi, ad omnia alia imo consilio Dei plane contraria iam proclivis. Vtique malo obuiam iuit Dominus, illiusque sublationem nobis peperit. Ex quo fatis apparet, quantum, quamque necessarium homini bonum ac donum sit Spiritus Sanctus. Bona enim, maxima licet, naturae sua praestantissima, nihil illum iuvant, nec illi bono sunt, qui illa rite cognoscere, aestimare, illisque frui atque uti non potest; id vero omnibus illis accedit, qui Spiritu Sancto carent, id est, operationibus illius apud se locum non relinquent.

Quae cum ita sint, extra omnem plane dubitationem positum est, quod supra diximus, Spiritum Sanctum inter summa Dei munera esse, quae propter Christum nobis iam conferri debent.

Sicut ergo aliorum huiusmodi beneficiorum memoria quotannis publice diebus certis ad id constitutis, renouari solet; ita sane aquisitum fuit ac religione maiorum plane dignum, quod renovationi solenniori memoriae parti donati que beneficio Christi Spiritus Sancti, dies certos consecrarent. Qui cum iam adiuncti, nostri sane vestrique officii est, *Ciurs carissimi*, vt dies hos bene ponamus, ac proinde ita transigamus, vt praestantiam huius beneficii ac necessitatem rite ponderneremus, idque agamus omni studio, vt et nos illius participes fiamus ac maneamus.

Apparet vero utrumque, cum praestantia tum necessitas huius muneris, vt ex aliis, ita quoque ex nominibus variis, quibus Spiritus Sanctus in sacris litteris appellari solet, quaeque omnia ita sunt comparata, vt utilissimae suauissimaeque meditationis materiam nobis praebant. Constitutum itaque nobis est, vnum in praesenti ex nominibus illis feligere, ac de eo pauca praefari, antequam ad religiosam

instantium dierum celebrationem vos cohortemur. Est vero illud nomen *paracleti* plane singulare Spiritui Sancto tributum. Duabus vero rebus dicenda de eo comprehendere placet. Primo singularia quaedam de hoc nomine generatim notabimus, deinde in vim ipsam illius veramque notionem, sacris litteris ducibus, inquiremus.

Primo itaque singularia quaedam de hoc *paracleti* nomine generatim notabimus, quae in sequentibus maxime ponuntur. Primo nomen παρακλητος ab ipso Domino primum adhibitum ac Spiritui Sancto impositum est; id quod tamen non prius quam breui ante mortem, in ultimis illius cum discipulis sermonibus a Ioanne litteris consignatis factum est. Licit enim Dominus saepius, cum ante ultimos vitae actus, tum etiam post resurrectionem ex mortuis, Spiritus Sancti mentionem iniecerit, nusquam tamen *paracleti* nomine vsus esse legitur. Alterum, quod notamus, singulare illud est, quod solus Dominus nomen hoc de Spiritu Sancto usurpauit, et ita quidem, ut postquam in ultimis illis sermonibus formaliter expresserat, illud deinde frequentauerit ac subinde repeterit, aliis tamen magis consuetis appellationibus interpositis; praeter Dominum vero nemo apostolorum aut reliquorum discipulorum Domini, nomine hoc de Spiritu Sancto vsus legitur. Tertium quod notamus singulare in eo ponitur, quod Ioannes apostolus hoc *paracleti*, de quo agimus, nomine seruatores etiam ipsum appellauit, ita scribens (i. ep. II. i.) *filioli mei haec scribo vobis ne peccetis. Et si quis peccaverit, paracletum habemus apud patrem Iesum Christum iustum.* Hi ergo sunt loci, in quibus vocabulum paracleti in scriptis Novi Testamenti, et quidem de Spiritu Sancto vnicce et Christo, occurrit. Quibus obseruatis addere adhuc placet, vocabulum hoc in versione LXX interpretum plane non legi, qua scriptores Novi Testamenti aliqui libenter vtuntur, orationisque genus illius imitantur. Quod vero ad causas singularium huius nominis a nobis obseruatorum attinet, difficile forte videri poserit, illas omnes certo iam definire, nec etiam consultum, coniecturis ea in re nimis indulgere; nonnulla tamen admodum probabilia ex iis apparebunt, quae de vi ac notione huius nominis Spiritui Sancto tributi, dicenda restant.

Accedimus itaque ad alteram nunc ac praecipuam orationis nostrae partem, inquisituri, quid Dominus hoc ipso nomine de Spiritu Sancto dicere ac praedicare voluerit. Non uno modo autem vocabulum hoc verti atque explicari solet; alii enim illo consolatorem, alii admonitorem et impulsorem, alii aduocatum ac patronum, alii doctorem significari volunt. Disputatum etiam est, quo vocabulo ipse Dominus in lingua, qua loquebatur, vsus sit, utrum ipso paracleti vocabulo, quod Caldaeis ac Talmudici a graecis acceptum pasim adhibuerunt, an alio; quod nos non moramur in praesenti, cum hac de re nihil certi definiri queat, nec etiam nostra valde interferat illud scire, cum etiam sine certa huius rei cognitione veram huius appellationis significationem inuenire possumus.

Omnia vero tutissime veram huius appellationis vim notionemque ex ipsa scriptura ducemus, consideratis accurate locis, in quibus vocabulum *paracleti* occurrat.

currit. Primo itaque merito in veram illius notionem inquiritur, quando de ipso Domino adhibetur. Si enim cognouerimus, quid nomen hoc Christo tributum generatim significet, recte inde conficiemus, in eandem quoque sententiam generatim de Spiritu Sancto usurpari. Cum enim Dominus ipse in sua oratione Spiritum Sanctum tali vocabulo appellari, quod Ioannes commodissime vocabulo graeco *paracleti* exprimi posse iudicauit, idem vero Ioannes, ex suo ingenio et iudicio scribens, Dominum postea eodem paracleti nomine insignierit, recte inde optimoque iure conficitur, eum usurpatione viuis eiusdemque nominis de duabus diuersis personis, Christo nimirum ac Spiritu Sancto, nos docere voluisse, esse inter duos hos, respectu muneric et actionum apud homines, similitudinem aliquam et conuenientiam, quae efficiat, ut uno eodemque nomine commode appellari queant.

Consultum itaque erit, ante omnia ex supra addato Ioannis loco (i. ep. II. 1.) inuestigare, quid paracleti vocabulum in Christo dictum significet, et quae illi subiicienda sit notio. Quod antequam faciamus, unum adhuc obseruare iuvabit. Ioanni scilicet in more positum est, ut in epistolis suis sermones Domini in euangelio a se perscriptis ita respiciat, ut illos explicet atque inculcat; id quod adeo aperatum est ex innumeris exemplis, ut nemini, qui scripta illius vel in transcurfu legerit arque inter se contulerit, dubium esse posit. Argumenta vero sermonum Domini ita fere in epistolis suis declarat et persequitur, ut iisdem quoque vocabulis frequenter vtatur, quibus Dominus vobis fuerat. Id quod etiam in nomine *paracleti* Christo ipsi a Iohanne imposito vobis venit. Ipse enim Dominus non obscure significauerat, nomen hoc, quo Spiritum Sanctum appellat, in se quoque apprime conuenire; id quod Ioannes intuens hoc ipso eum nomine insignire non dubitauit.

Nomen vero *paracleti* Dominus sibi ipse luculenter satis eo ipso in loco vindicauit arque adseruit, quo primum illo de Spiritu Sancto vobis legitur; quod factum esse constat, (Ioann. XIII. 16.) ubi ita disserit: *Et ego rogado patrem, et alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum scilicet veritatis.* In hac scilicet oratione Dominus Spiritum Sanctum a patre tribuendum non modo *paracletum*, sed *alium paracletum* adpellat; quo additamento sine omni dubio significatur, fuisse iam et in posterum quoque futurum esse, praeter Spiritum Sanctum, alium quandam, qui nomen hoc gerat et iure gerere possit. Quis vero ille sit paracletus a Spiritu Sancto, distinctus, non quidem definite in hac ipsa oratione docet Dominus, facile tamen a discipulis intelligi poterat, eum neminem alium quam se ipsum dicere voluisse. Et ne quid in ea re dubitationis relinqueretur, Ioannes, in supra citato prioris epistolae loco, Dominum diserte nomine paracleti adpellat, ut nobis fidem faceret, cum ipsum Dominum paracleti nomen sibi in oratione laudata tribuisse, tum etiam se reliquosque condiscipulos ad certo intellexisse. Cum ergo Dominus Spiritum Sanctum paracletum ita appetat, ut se tamen simul pariter paracletum esse, et hoc nomen iure gerere significet, dubitari cum ratione non potest, nos tunc certo scire, quid paracleti nomen



Spiritu Sancto tributum ex Domini sententia significet, si sciamus, quid in ipso Domino positum sibi velit. Hoc vero ex Ioannis loco, vbi de Domino occurrit, facile ac certissime colligi potest, si cohaerentiam totius orationis consiliumque apostoli attentre consideremus.

Dixerat scilicet in superioribus, errare illos ac falli, qui peccatum se adhuc habere ac proinde vteriori purgatione egere negent; docuerat porro, illos, qui peccatum ipsis adhuc inhaerens ac sollicitans cum animi dolore agnoscant, detestantur, illisque repugnant, id expectare posse a Deo, ut ipsis peccata condonetur, eosque magis magisque ab omni iniustitia purget. His ita expositis ita pergit: *haec scribo vobis, ne peccetis; quibus verbis fine dubio pestilentissimo errori obuiam ire voluit, qui facilitate veniae peccatorum admisforum imperrandae ad licentiam facilitatemque peccandi nefarie abutuntur, cum potius et propositio veniae non nisi propter sanguinem Christi imperrandae, et studium Dei in expurgando peccato odium peccati magis incendere atque a peccando reuocare debeat. Impia itaque illa opinione refutata, turpique gratiae abusu reprehenso, pergit: si vero quis peccet, paracletum habemus apud patrem Iesum Christum iustum; ipse propitiatio est pro peccatis nostris; quorum verborum sententia aperte haec est: si tamen acciderit homini, sicut accidere potest et accidit, qui in gratia apud Deum per Christum est, ut peccet ac labatur, licet non consulto nec ita, ut peccato indulget et rursus secundum carnem ambuleret; is animum ne desponeat, nec fiduciam demisse et cum poenitentiae sensu veniam rogandi abiiciat; paracletum enim habemus apud patrem Iesum Christum; id est Iesus Christus in hoc casu causam nostram apud Deum tanquam patronus atque aduocatus agit, seque pro nobis ita apud Deum interponit, ut Deus benevolentiam suam ideo a nobis non auertat. Hic paracletus autem cum iustitia causae suae, tum gratia apud Deum valeret, causamque nostram certissime apud eum obtinet, quoniam ipse propitiatio est pro peccatis nostris, nobisque veniam peccatorum etiam in statu gratiae admisforum meruit. Manifestum itaque est ex hac Ioannis oratione, nomen paracleti Christo hic tributum aduocatum ac patronum significare, qui causam hominum in se suscepit et agit, vice eorum fungitur, utilitatibusque illorum in iis consulit, in quibus ipsis tibi consulere nequeunt.*

Quae cum ita sint, ex iis quae supra dicta sunt satis appareat, Spiritum Sanctum a Christo paracletum appellari, ut significetur, eum patronum et aduocatum fore, qui causam aliorum suscepturnus optimeque etiam aucturus sit. Quorum vero causam agat, et quomodo agat, cum ipse Dominus in oratione sua nos docet, tum etiam alibi in sacris litteris docetur. Agit itaque, si cuncta, quae hac de re occurunt, colligamus in unum, primo causam ipsius Christi ac Dei apud fidèles, deinde fideliū apud Deum et Christum. Primo itaque causam Christi ac Dei apud fidèles agit, atque hoc modo paracleti munere fungitur. Quod ut eo melius intelligatur, proba obseruandum est, Dominum tum denum appellationem hanc Spiritus S. usurpare ac frequentasse, cum de proxime instantे morte subtrahitioneque praesentiæ suæ adspectabilis consuetudinisque cum discipulis plura dicere

cere necessarium existimabat; totus enim ille sermo yltimus maxime in hoc argumen-
to versatur. Haec vero ipsa res, discessus nimirum Domini abitusque ad pa-
trem, discipulis Domini sui amantibus omnium trifissima videbatur, vt crederent,
se magnam iacturam commodorum suorum ac gaudiorum facturos esse, si cum
Domino non amplius eo modo versari ac viuere liceret, quo eo vsque vixerant.

Hunc itaque dolorem consolaturus, opinionemque illam extirpatus Domi-
nus, inter alia id quoque maxime pollicetur, se, subtracta licet praefentia sua ad-
spectibili, misurum tamen illis Spiritum Sanctum, tanquam paraclenum, id est
talem, qui vice sua apud illos functurus, causam suam apud illos acturus, omnia-
que illa abunde praefititur sit, quae ipse adhuc versans viuensque cum ipsis praefi-
titerit; et hunc quidem mansurum apud illos in aeternum, nec unquam praefen-
tiam illius et operationem subtraactum iri, quemadmodum ipse se iam ipsis ea-
tenus subducturus sit, vt non amplius ita vt antea cum ipso viecturi sint. Quo-
modo vero Spiritus S. postea Domini causam apud eos egerit, cum sermo Domini-
ni, tum ipsis rerum eventus discipulorumque testimonia docent. Agebat scilicet,
omnia potenter apud illos, ac per illos apud alios, operando atque efficiendo, quae
illis pollicitus fuerat. Agebat ergo causam Domini primo apud ipsos, cum mi-
rifice apud illos augendo dona sanctificantia, fidem scilicet, amorem et spem, tum
collatione uberrima donorum variorum ministrantium; quibus omnibus tanquam
non modo verborum sed rerum ipsarum testimonii, Dominus illis satis proba-
bat, se illum re vera esse, quem se professus fuerat, filium nempe Dei viuentem,
vincumque mediatorem inter Deum ac homines, qui vincens salutis ac vitae fons
sit. Eodem plane modo causam Domini etiam per illos ministeriumque illorum
apud alios agebat Spiritus Sanctus, eadem scilicet per testimonium ac verbum illo-
rum apud inumeros operans atque efficiens, quae in ipsis effecerat; qua Spiritus
Sancti opera innumerabilis hominum multitudo in fidem ditionemque Christi ve-
nit, qui antea ab illo et causa illius plane alieni fuerant.

Sicut igitur Christi causam eo quo diximus modo tanquam Spiritus Chri-
sti egit, ita quoque causam patris tanquam Spiritus patris egit apud homines, dum
testimonium patris de filio operationibus suis confirmavit, atque in animis ipsorum
fiduciam in primis filios decentem erga Deum tanquam patrem in Christo reconcili-
lrium, propensamque voluntatem praecepsit eius obtemperandi effecit.


Duo vero circa hanc rem adhuc obseruanda ducimus. Primum in eo pon-
itur, falli omnino illos, qui vim notionemque appellationis *paracleti* eo vnicے definire
volunt, quod scilicet Spiritus Sanctus doctorem discipulorum egerit, aperiendo
et explicando ea doctrinae capita, quae ipse Dominus cum iis adhuc viuens vel
plane non terigerat, vel saltem propter imbecillitatem illorum non ita explicau-
erat, vt cognoscere necesse erat. Fecit id quidem omnino Spiritus Sanctus, do-
ctorumque apostolorum egit aperiendo declarandoque ipsis, quae scire oportebat,
sed uno hoc opera illius, qua causam Christi ac Dei apud homines agit, definienda
non est. Nec enim illo definitur causa ac consilium Dei erga homines, vt sciant
et cognoscant voluntatem suam, sed omnis reuelatio eius eo spectat, vt cognitam
verita-

veritatem ad salutarem etiam usum animi transferant, experiantur, illique pareant. Quum ergo hic sit finis Dei, quem apud homines sibi propositum habet, Spiritus Sanctus vero tanquam paracletus causam illius apud homines agat, consequitur sane ex eo, ad officium Spiritus Sancti, quo tanquam paracletus fungitur, id quoque pertinere, ut omnia illa in homine efficiat, quae ad voluntatem Dei non quo- cunque modo, sed salutariter cognoscendam exsequendamque pertinent. Haec enim est vera doctrina Spiritus S., quam qui non percipiunt, sed nuda, infructuosa ac mortua reuelatae veritatis scientia conteniunt, operationemque Spiritus Sancti repellunt, minime a Spiritu Sancto docti appellantur.

Alterum quod obseruamus, et quod ex dictis per se consequitur, hoc est, appellationem hanc paracleti non solum ad apostolos pertinuisse, si rem illa significatam speces, sed pertinere ad omnes, qui per operationes illius se ad Christum conuertunt; Dominus enim eum generatim paracletum, et haud obscure omnium illorum dicit, qui non amplius de mundo sunt.

Est vero etiam appellaturque Spiritus Sanctus paracletus, quoniam causam quoque ac rem fidelium apud Deum agit. Cum enim hi donati licet vita spirituali, viribusque Dei voluntatem exsequendi instruti, cum variis tamen malis adhuc conficiendum habeant, Spiritus Sanctus operationibus suis illis succurrit ac praefecto est, id quod Paulus ita exprimit (Rom. VIII. 26. 27.) *Similiter vero et Spiritus una succurrit infirmitatibus nostris: nam quid precemur, quemadmodum oportet, non nouimus; sed ipse Spiritus super intercedit pro nobis gemitis ineffabilibus. Scrutans vero corda, nouit sensum Spiritus, quoniam secundum Deum intercedit pro sanctis.*

Sed plura in praesenti adiungere temporis ratio vetat, et quae breuiter dicta sunt sufficere etiam posunt, ut praestantia ac necessitas doni Spiritus S. satis ex iis intelligi queant. Nihil ergo iam supereft, quam vt vos, *Cives carissimi*, peramanter adhortemur, ut tanti tamque necessarii muneric participes fieri studeatis. De voluntate Dei illud vobis largiendi non est quod dubitetis; pro illa enim ipsum Dominum sponsorem accipite, *si vos, inquietem, qui prauis estis, liberis tamen vestris bona dona dare potestis, quanto magis pater celestis Spiritum Sanctum roganibus eum dabit.* Eo ergo res redit, ut necessitatem huius muneric perpendatis, ut Deum illud serio rogetis, ut ipsi Spiritui Sancto totam mentem ita permitatis, ut ex morte vos excitare vitamque ex Deo vobis dare queat. In his itaque dies instantes ponite, simulque euangelio, quod publice nunciatur, aures animosque atrentos praebere, quo fructus aeternum profuturos ex illorum celebratione percipere queatis.



P. P. in Regia Fridericana d. VIII. Iunii 1510 CCLXIII.




78 L 1708



5b.

Hi. 100.



ORVM PENTECOSTES
EBRATIONEM
E PRORECTOR AC DIRECTOR
**ES TOBIAS
RRACH**

ICTVS

S BORVSSIAE CONSILIARIUS INTIMVS
NARIUS AC IVRIS PROFESSOR PRIMARIUS
NEC NON
VM ET HALBERSTADIENSIVM EPHORVS.

A CVM RELIQVO

**V ACADEMICO
ENDAT CIVIBVS**

TA AD MEDITANDVM
SIMVL

**TI APPELLATIONE
TVI SANCTO
TRIBVTA.**

AE MAGDEBURGICAE
IS ORPHANOTROPHEI
CICDCCCLXIIII.

